



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XXVIII. Amen dico uobis: Omnia remittentur filijs hominum
peccata & conuitia, quibuscunq[ue] conuitiati fuerint. At qui conuitium
dixerit in spiritum sanctum, habet remissionem in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

vide Psal. 133.
Iſaie 3.

quoq; hominis interitum ſequi videbis. Quod ipſum in re publica ſimul & domeſtica ſeri, exemplum ad ipſa rerum origine inſinitis probatum eſt: vt non temere dictum ſit, Concordia res paruas eſſe, magnas diſcordia dilabi. Graciam certe olim inſeſtima odia & ſimilitates perdidimus. Et Romam ciuilibus bellis ſua reipub. exitium attulerunt, quam nulli hoſtes exteri vincere poterant. Exor- dem multorum aliorum ſortem olim fuiſſe, omnium gentium hiſtoria teſtantur. Sed nimium quæſi exemplis commemorandis immorari, cum quotidiana abunde ijs ſuppetant, qui vetera vel recentia vel oſcitanter negligunt. Debent ergo in horum conſideratione crebro verſari magiſtratus, vt re- currant, quæ communem concordiam turbare ſolent: qualia ſunt, auaritia, ambitio, bonarum legum diſſipatio, impunis quiduis audendi libido, ius venale, & ſi quæ alia ſunt eius generis. Curant deni- que ſum patres, qui familijs ſuis conſultum cupiunt, alioqui verum eſſe experientur magno iuro, quod in præſenti dicitur.

Ab exemplo.
Lucæ 10.
Marci 9.

Secundo, diſcipulorum & aliorum exemplum allegat Chriſtus, qui illo tempore in ipſius uentis demonia eieciabant, quod vulgare fuiſſe ex eo patet, quod diſcipuli demones ſibi ſubſequebantur, & quendam in illis eiciendis Chriſti nomine vtentem prohibere conantur, eo quod Chriſtum non ipſi ſequeretur. Omisit verò argumentum hoc Marcus, nimirum breuitatis ſtudio. Nos ex Ma- theo inferunt paucis excutiemus. Si ego (inquit) præſidio Beelzebub demonia eieci, filij vobis cuius præſidio eiciunt? Quæſi dicat: Cum veſtri filij, homines vobis notiſſimi, paſſim in meo nomine immundos ſpiritus expellant, quid opus eſt me alieno præſidio vri? An mihi in miſſo mine- ruiſſe eſſe putabitis, quam in alijs, qui meo nomine vtuntur? Ita verò ſimul illorum maliſſimam ca- ratem taxat, qua in ipſo calumniabantur, quod in alijs reprehendere non poterant, &c.

Chriſtus diabo-
li victor.

Tertio ſimile allegat, quo ſe diaboli victorem eſſe docet, & proinde illius opera nequaquam imi- gere. Nemo poteſt (inquit) potentis alicuius domum ingredi, & illius vaſa diripere, niſi illo ſpere factus, ipſum prius conſtrinxerit, vt direptionem illam prohibere nequeat. Atqui ego vaſa diaboli ripo, & in libertatem aſſero homines, in quibus ille hactenus regnauit. Ergo illo longe potentior illius victor ſum. Quid igitur illius præſidio mihi opus erit?

Redemptionis
noſtre myſte-
rium.

Comprehendit autem parabola hæc pleraq; noſtræ redemptionis myſteria. Potens enim ille fortis gigas diabolus eſt, cuius domus erat mundus hic, vaſa autem homines, qui cum in peccato filij iræ naſcerentur, ſub illius poteſtate vinciti cenebantur, et illi vel per effrenem peccandi licentiam, vel per cacam ſuperſtitionem & idolomaniam ſeruebant. Seruiculus verò huius ſtipendium erat æterna mors. Et quia eadem fuit omnium conditio, nemo reperiebatur ex vniuerſo mortalium genere, qui vel ſeipſum vel alios in libertatem aſſerere poſſet. Fortiori igitur aliquo opus erat, qui dia- boli potentiam longe vinceret. Is Chriſtus eſt, verus & coæternus Dei filius, cui omnem potentiam pater tradidit. Is per incarnationem mundum hunc ingreſſus, cum ſatana pugnare cepit. Et ipſi quidem docendo & miracula edendo regnū illius in hominum animis labefactauit, tandem vni- uerſi per mortem ſuam noſtris peccatis, & ſuperata per reſurrectionem glorioſam mortis vni- uerſe, in vniuerſum euertit, ipſumq; ſatanaſtatem Euangelij prædicatione, per totum orbem vulgata con- ſtrinxit, vt illi ius in homines nullum ſit amplius. Imò eos, qui illius vaſa erant, in libertatem filio- rum Dei aſſeruit, & ſpiritus ſui templa fecit, vt in ipſis Deus iam ſuum domicilium habeat. Ipsi huius rei in Davide præceſſit, qui gentibus deuictis erepta ſpolia Deo conſecraſſe legitur. Id verò noſtri nos ſimul officij admonet. Agnoſcamus hunc noſtrum vindicem, & illi omnem noſtræ redemptionis laudem tribuamus. Nec timeamus poſthac ſatanaſtatem conatus, quem Dominus patris no- ſtri ſub pedibus noſtris omnino conteret. Interim tanti beneficij memores, libertatem noſtram conu- mur, ne in peccati ſeruitutem relapſi, denuo ſatanaſtatem reddamur ad interitum, ſed potius gloria Dei vaſa facti, huius voluntatem ſectemur, vt olim cæleſtis regni heredes ſimus cum Jeſu Chriſto ſaluatore noſtro, cui debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in æternam. Amen.

Matth. 1. 28.

1. Cor. 6.
2. Cor. 6.

Rom. 16.

H O M I L I A XXVIII.

Amen dico vobis: Omnia remittentur filijs hominum peccata & conuitia, quibuscuq; conuitiati fuerint. At qui conuitium dixerit in ſpiritum

spiritum sanctum, non habet remissionem in aeternum, sed obnoxius est aeterno iudicio. Dicebant enim, spiritum immundum habet.

Et si Deus in filio suo, Iesu Christo, omnes gratiae suae thesauros & quaecumque ad nostram salutem faciunt, liber aliter proponat, plerique tamen hominum hunc fastidire, & proinde à salute excludere solent. Causa huius mali ferè duplex est. Prima, quòd carnis affectus & mundi studia doctrinae Christi praeferunt, & ideo cum his pugnantem ferre non possunt. Altera, quòd ipsis leuitulum videtur, Christi doctrinam contemnere, & illam scurrilibus disterijs profcindere, aut etiam eidem improbe reluctari. Ita enim dum sibi ipsi blandiuntur, impietati paulatim assuescunt, & agnitam veritatem insectando in spiritum sanctum peccant. Exemplum eius rei in pharisaeis & scribis Iudeorum habemus. Et si enim hinc Christus sese per doctrinam & miracula manifestavit, illi tamen eundem recipere dedignati sunt, eò quòd eius doctrinam ipsorum questui & ambitioni adversum viderent. Quibus affectibus excecatis, tandem agnitam quoque veritatem oppugnant, & quae divina virtute à Christo fieri, propria conscientia teste, non ignorabant, diabolo accepta ferunt, dum Christum daemonia per Beelzebub eiecere dicunt. Quamvis verò iam incurabiles essent, nec ulla sui peccati remissione digni, Christus tamen cum propter rude & simplex Iudeorum vulgus, quòd ab illorum auctoritate totum pendebat, tum propter omnem posteritatem, diligenter cum illis agit. Et primo quidem atrocem illorum calumniam solidissimis argumentis confutavit. Nunc verò ipsidem peccati sui atrocitatem ob oculos statuit, & simul aeternae damnationis poenas denunciavit. Vnus loci huius magnus est. Nam & Dei gratiam complectitur, qua ille peccatis etiam gravissimis ignoscit, & omnem peccati rationem tradit, docens quae nobis omnino cauenda sint, nisi irrecuperabilem salutem salutem facere libeat.

Argumentum & Iesus praesentis loci.

Et haec quidem cum ijs, quae proximè praecesserunt, coniectens Christus ait: Amen dico vobis: Omnia venientur vobis filijs hominum peccata & conuitia, &c. Quorum hic mihi sensus esse videtur: Consuetudo ex ijs quae modo dicta sunt, mihi cum satana & artibus satanicis nihil esse commercij, sed omnia me virtute divina, & quidem propria facere. Quia tamen vos adeò obstinatos esse video, ut agere etiam veritatem contumeliosius contradicere, & eandem horrendis conuijs grauari non verumini, agendum liberius & apertius iam arguendi estis, ut si non ipsi respicere vultis, saltem alij intelligant, quanta sit vestra impietas, quid illa mereatur, & quam parum vestrae auctoritati tribui debeat. Arbitrari fortassis leuem esse hanc vestram culpam, & nimium confidenter diuinae bonitatis misericordia freti, haec omnia dicitis & facitis. At ego hoc vobis verissime edico, quòd peccatis quae omnibus, imò conuijs quoque, quae ab ignorantibus in me, qui filius ipsius sum, dicuntur, Deus pro sua gratia ignoscit. At si qui spiritum sanctum quoque conuictiari & agnitam veritatem insectari audeant (id quòd vos facitis) illorum certe culpa grauior est, quam ve venia & misericordiae locum inueniant: sed horribilis illos manet tum corporum tum animarum interitus & aeternae damnationis supplicium, &c. At hic nobis vniuersa peccati ratio consideranda venit, in qua tria praecipue tractanda sunt, quae ad huius loci tractationem pertinent.

Expositio praesentis loci.

Primo de ijs peccatis & conuijs dicendum, quae remitti Christus testatur. Sunt ea, quae ex ingenita infirmitate et plerumque ignorantia vel carnis sordiditate committuntur. Quia enim omnes homines natura corrupti sunt, in electis quoque peccatum inuenitur. At peccant illi, non quòd Deum vel odisse vel insolenter contemnere soleant: sed vel praeter animi voluntatem ab ingenita corruptione (quae Paulus legem peccati vocat) superantur, vel carnis sordiditate oppressi, vel etià mundi exemplo & illecebris decepti, satanae insidias non obseruant, & ita peccatorum laqueis irretiuntur, cuius rei exemplum in David aduiterio habemus. Fit etià non raro, ut in ipsum quoque Christum peccent electi, et illi conuijs, & interdum aperta vi persequantur. Id verò ignorantes faciunt, priusquam à Deo per verbi sui praedicationem illuminentur, & in veram Christi cognitionem perueniant. Ita multi Iudeorum peccant, quando Christum Pilato traditum ad crucem postularunt: quibus postea Petrus Apostolus Dei gratiam praedicat, & venia spem facit, quando post grauem peccati ipsorum accusationem ait: Et nunc fratres scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. De quibus etiam Paulus scribit: Si cognouissent, hanc aquam dominum gloriae crucifixissent. Ex horum numero milites quoque fuerunt,

I. De peccatis remissibilibus. Rom. 7. 2. Sant. 11. Act. 3. 1. Cor. 2.

pro quibus Christus erans dixit: Pater ignosce illis, nesciunt enim quid faciant. Quia Paulus ipsum istis adnumerat, quando se ecclesia persecutorem fuisse fatetur, & ipsum Christum filium dicitur audire: Saul Saul, cur me persequeris? Ignorans vero fecit, quod Christum Dei filium & humani generis saluatorem esse nesciret. Nec dubium est, quin multi hodie horum similes Christi ecclesiam persequantur, & (ut ille olim praedixit) se Deo cultum praestare putent, dum pios & fideles in exilium eijciunt, aut etiam crudelibus supplicijs necant. Peccant illi in Christum & in eundem hominem interdum conuitia iaciunt, quando illius doctrinam et sectatores haereticos & seductiosos acculant, nec tamen de illorum salute desperandum est, cum non deo a animi impietate peccent, sed idcirco accidat, quod ijs, qui regis sui filium, si pannis laceris male reatum & hinc inde vagantem viderent, errorem dicunt, nihil minus dicturi, si regis filium esse nouissent. Quos ignorantia sua trahit, ut illa maiestatis accusari possint, & sui facti remissionem facile inueniunt, cum errorem suum ipsi peius deprecantur, & illius ipsos vehementer pudeat.

Causa remissionis peccatorum. Hic tamen probe cauendum fuerit, ne peccata eiusmodi, quae vulgo venialia nominant, idcirco remitti putemus, quod vel per se leuiora sint, quam ut damnationem mereantur, vel nostris ipsorum satisfactionibus & meritis expiari possint. Nam reuera omne peccatum per se mortale est, & damnationem meretur. Quia enim nos totos & omnia nostra Deo debemus, in illum inique, & proinde aeterna morte digni sumus, quicquid, aliquam sui partem illi negant, vel aliqua in re sanctissimam voluntatem transgrediuntur. Imo, ut actualia quoque peccata omittamus, ex primo parente peccati noxa omnibus inheret, qua sit, ut peccatores & in filij nascamur, quod sanctissimi quoque de semipiternis semper confessi sunt, & simul Deum rogarunt, ne cum ipsis in iudicium ingredi vellent. Quibus non damnatur, diuina bonitatis est, quae nos in Christo Iesu elegit priusquam mundi fundamta iacerentur, & electis semen filiorum Dei inserit, quo regenerati, peccata agnoscent, agnita deponant, & emendant, & Christum vera fide amplectantur, cuius merito iustificati, hereditatem regni caelorum aduent. Et hic illud Ioannis referri debet: Omnis qui ex Deo natus est, non peccat, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Ex Deo natus peccatum negat. Apostolus, qui tamen idem antea dixerat: Si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Peccant ergo etiam qui ex Deo nati sunt pro ingratia corruptiois & carnis infirmitate: sed non peccant ad mortem, ita ipsos conseruante & resurgente gratia Dei, ut modo diximus. Haec ut consolationem ferunt infirmis conscientijs, ita eos confutant, qui scholasticorum traditionibus seducti, septem modo putant esse peccata mortalia, & suis ipsorum meritis satisfactionibus nituntur.

II. De peccato in spiritum sanctum. Videamus nunc quid sit peccatum in spiritum sanctum, quod remitti Christus negat. Patet ex praesenti historia, & ijs quae apud Lucam cap. X. 11. habentur. In praesenti phariseis, cum inuicem, cum propria conscientiae testimonio conuicti, Christum diaboli victorem esse, & diuina veritate omnia sua facere norunt. At tamen inuidia, ambitione & auaritia fascinati contradiunt, & diabolo acceptum ferunt, quod ex Deo esse non ignorabant. Et hoc Christus in spiritum sanctum peccatum. Idem apud Lucam de ijs agens, qui cum ipsum mundum saluatorem & veritatis doctorem esse intellegant, tamen prauis affectibus seducti, eundem abnegant, & doctrinam ipsius hostiliter insultant, illos quoque conuicti in spiritum sanctum insultat. Quare in spiritum sanctum peccare dicuntur, qui cum spiritus sancti suggestionibus & Dei verbo illuminati, veritatis & salutis in Christo cognouerint, tamen negant, & hostiliter oppugnant, dum mundi amicitiam vel corruptissimos carnis affectus ipsi Deo & propriae salutis praefereunt. Talis ante phariseos istos Cainus fuit, sicui tota ipsius historia testatur. Talis Pharao, quod non vna ipsius confessio indicat, quando se peccasse dicit, mox tamen peccatum repetit, & Deo cedere designatur, quem paulo ante confessus erat. Talis Saul, qui sceleratius Dei consilio reluctatur, quo is Dauidi regnum promiserat. Talem olim Iulianum apostatam fuisse legimus, qui ne moriturus quidem & a Christo victus Deo gloriam dare voluit, sed conuictus pergens dicebat: Vici Galilae, vici Galilae. Tales hodie pro dolor multi videntur, qui cum veritatis doctrinam satis perspectam habeant, illam tamen vel non profitentur, imò destinata animi malitia non modo dissimulant, sed vndique conquisitis rationibus intra animos suos extinguere studet: ut

e. Tim. 1.
Actor. 9.
Ioan. 16.

Causa remissionis peccatorum.
Deut. 6.

Rom. 5.
Psalm. 51. 130.
143. & c.
Ephes. 1.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

II. De peccato in spiritum sanctum.

Genes. 4.

1. Sam. 24. 26.

quam ali
nam Eua
vere disc
ipis ex fi
At h
hanc esse a
dicit. At
finitur pe
ipis Paul
peccati rib
peccati
tores &
ipis emoll
mento se
bi Dei im
si ab inge
pallor &
bor habet
cogitant,
plexantur
sunt, &
si peccat
arguunt
spiritus san
ne de pe
exigere
ubi se v
li ergo,
peccant
mot, inter
ferant pi
nis pena
suum pra
Nobis r
giamus
tur, non
sensu &
re non pr
responde
torum la
bonedict

quam aliquandiu professi sunt, denud negant, & ad Antichristi castra transeunt, dum vel disciplinam Evangelicam oderunt, vel amicitias mundi, opes, honores & dignitates veniunt. Et hi quidem per dicitur in spiritu sanctum peccare, quia veritatem proculcant & oppugnant, cuius cognitio ex spiritu sancti illuminatione innotuit.

At hic querendum restat, cur peccatum hoc nunquam remitti dicat Christus. Causam aliqui hinc esse dixerunt, quod qui ita peccant, scientes peccent, cum aliud propria ipsorum conscientia illis dicitur. At nimis dura est haec ratio, & multis desperandi occasionem praeberet, quando plerique scientes peccant, & vel naturae lege edocti quae faciunt non recte abs se fieri intelligunt, quod de semet ipsis Paulus non obscure facitur. Potior ergo mihi illorum sententia videtur, qui in spiritu sanctum peccantibus ideo peccati remissionem negari dicunt, quod tales (teste Apostolo) non renouentur per poenitentiam, sed potius ex verbi Dei admonitionibus & conscientiae propriae suggestionibus induratae & deteriores reddantur, quae propria & vera reprobatorum nota est. Vt enim tellus, quae pluuio emolliri nequit ad fecunditatem, sed illis exasperatur & intractabilior redditur, hoc vno argumento se naturae sterilem & per omnia maledictam esse ostendit: Ita quorum animi saluberrimis verbi Dei mirribus & spiritu influentibus rigati non cedunt, sed ferociiores fiunt, ne illi abunde testantur, se ad ingenio filiorum dei alienissimos esse, quorum proprium est, verbum Dei audire, & ouium instar pastorem Christi vocem sequi. Et hic quidem obseruare prodest discrimen, quod inter electos & reprobos habetur. Peccant vtrique, sed diuersa ratione. Illi enim vbi peccarunt, peccata sua vel ipsi agnoscunt, vel ex dei verbo agnoscere discunt, cuius admonitiones patienter ferunt, & de poenitentia serio cogitant, peccati vero remissionem in sola Dei gratia per Christum quaerunt, quem fide constanti amplectantur. Quod si inter haec omnia deus nihilominus ipsos castiget, patris hanc virgam esse agnoscunt, & patienter illius voluntati sese subiiciunt. At alia longe est impiorum ratio, qui non contenti peccatis, sed peccato insuper delectantur, illius atrocitatem agnoscere nolunt, & Dei verbum, quo illa arguitur, ad sese solent. Quin ne propriae quidem conscientiae testimonium audiunt, sed occultam quoque spiritus suggestionem improba scurrilitate & Cyclopoico contemptu explodunt. Quae causa est, quod nec de peccatorum remissione, nec Christo Iesu, qui hanc nobis acquisiuit, cogitant. Vbi vero poenas exgere incipit iustus deus, cum illo etiam certamen suscipiunt, & iudicij ipsius reluctantur: tandem vix se vitos vident, horribiliter desperant, & Deum simul & lucem hanc exosi vitam finiunt. Tales ergo, etsi leuia aliquando videantur peccati ipsorum principia, tamen ad mortem peccant, quia & poenitentia & fide in Christum desistunt. Exempla huius discriminis multa passim scriptura conuenit, inter quae cum primis luculentum est, quod in Saule & Dauide proponitur, quos si inter se conferantur, facile videbunt, quae nam Sauli interitus causa fuerit, & qua ratione David damnatio non poenam effugerit. Nec mirum est, quod cum tales fore sciat reprobos, isdem tamen Deus verbum suum praedicari sinat. Ita enim illos inexcusabiles fieri oportet, vt dei iustitia omnibus innotescat. Nobis vero horum omnium hic vsus esse debet, vt horribilem peccati in spiritu sanctum noxam fingamus. Quod tum fiet, quando dei verbum, quo arguimur, & credendi viuendiq; leges praescribuntur, non scurriliter explodamus, aut hostiliter infestemus, sed memores nos illo opus habere, eidem sensus & affectus omnes per fidei obedientiam subiiciamus. Rursum eiusdem redargutionibus cedere non pudeat, quin in hoc vnum intenzi simus, vt nostra tum fides tum vita voluntati dei per omnia respondeat. Tales enim pro suis agnoscat Deus, & per verbum suum regeneratos, & ab omni peccatorum laebe mundatos in caelestis regni hereditatem transferet cum Christo Iesu filio suo, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

III. Cur peccatum in spiritu sanctum non remittatur. Rom. 7. Hebr. 6. Iohannis 8. 10. Discrimen electorum & reproborum.

Vide nostras in Canoniam Iohannis homilias. hom. 34.

Et veniunt mater eius & fratres. & foris stantes miserunt ad eum, qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicens ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quaerunt te. Et respondit eis, dicens: Quae est mater mea, & fratres mei? Et cum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.

